



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia Polemica

Burghaber, Adam

Fribvrgi Helvetiorvm, 1678

LXIV. De Ministro Sacramenti & intentione hujus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72462](#)

mysterijs Fidei. Cum jam vulgo constet, hederam esse signum vini vendibilis, nunquid ridiculus foret, qui hederæ addendam judicaret epigraphen hanc: *hederæ hæc significat vinum vendibile?*

X X. Respon. ad 1. in oppositum S. Augustini
num negare duntaxat aquæ vim tantam à verbo,
quatenus istud est sonus quidam materialis &
transiens, non verò quatenus est aptum credi, con-
tinens videlicet & significans objectum fidei à no-
bis credendum; quæ ratione & genuinâ exposi-
tione S. Pater non est contra nos, sed pro nobis.
Ad 2. falsum hoc esse, & prorsus frustra fingi ab
Amesio, ut ex recens dictis abunde constat. Ad 3.
tam impie quām stolidē hic obici magiam. Nam
Magia locum non habet, nisi quando ad effe-
ctum aliquę adhibetur causa minime ad eum pio-
portionata ac sufficiens, qui proinde vel expres-
so vel tacito pacto à dæmonē expectatur, ut ali-
bi docetur. Hic autem ex institutione Christi vim
habet verba ad effectum consecrationis. Mini-
mè ergo ex diabolo, sed ex Christo ejusmodi ori-
tur effectus. Ad id, quod de Matrimonio & Pe-
nitentia addit Amesius, negamus illatum & pro-
bationem illius. Nam Penitentia pro materia ha-
bet rem, scilicet contritionem, quæ per confes-
sionem se prodit: in matrimonio vero pro forma
sufficient verba aequivalenta nempe nutus, a-
lliae signa, quibus internus consensus perinde
exprimitur, ac si formalia verba usurparentur.

II. Doctrina secunda. *Valor Sacramenti non pendet à probitate aut fide Ministri. Ita omnes Catholici quoad utramque partem. Prior definitur Tridentino Sess. 7. can. 12. ubi dicitur: si quis dixisset, Ministrum in peccato Mortali existentem, modo omnies sententia, que ad Sacramentum conscientium aut consendum pertinent, servaverit, non conficerre aut confire Sacramentum, Anathema sit. Posterior pars habeatur eadēm Sessione de Bapt. can. 4: si quis dixerit, baptismum, qui etiam datur ab hereticis, in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti cum intentione faciendo quod facit Ecclesia, non esse verum Baptismum, anathema sit. Cæterum quomodo Ministri ad statum gratiae teneantur, & quando licite administratio peti ab ipsis possit, ad Theologos Morales pertinet.*

III. *Doctrina tercia.* In Ministro requiritur aliqua intentio faciendi, quod facit Ecclesia, sive voluntas conficiendi Sacramentum. Ita etiam Omnes Catholici, habenturque in Tridentino Sessione, his verbis: *Si quis dixerit, in Ministris, dum Sacmenta conficiantur, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit.* Ratio esse potest; quia actiones externae Sacramentorum sunt ex lectione fermentes & ad varios actus ordinabiles. Ergo ut sint tales, quas Christus instituit, determinari debent per actionem Ministri. Porro in rem praesentem quattroplex a Theologis distinguitur intentio, nempe Aetualis, quando actu & de praesenti ad est voluntas conficiendi Sacramenti. Habitualis, quando est quidem praeterita, non tamen retractata. Virtualis, quando itidem intentio est aliquo modo praeterita, sed tamen manet in aliquâ virtute post se relicta, & sic influit in opus. Indirecta seu Interpretativa, quandâ quis vult causam, ex qua praevideat securum effectum. Ex his etiâ Aetualis intentio optima sit, & securissimus intendendi Modus, nihilominus Doctores hanc unicè non requirunt, sed sufficere dicunt virtualem ad Sacramentum validè conficiendum. Nam hic etiam solet esse humanus & Ordinaris Modus libere Operandi, quando ad perfectionem operis requiritur aliqua temporis distantia. Et certe nisi haec intentio sufficeret, innumera Sacra menta redenterut dubia, innumeris scru pulsi implicarentur Fideles, ac Sacramentorum administratio fieret periculissima: obligatio vero eadem administrandi valde exosa & supra vires humanae gravis evaderet. Nam quorus quisque est, qui minimas distractio nes in hujusmodi actionibus cavere valeat? Quomodo autem non obstantibus hujusmodi distractio nibus animi nihilominus actiones externas non solum recte hant, sed etiam procedant ex illa praexistente intentione, expli cant Scholastici, è quibus aliqui semper intervere putant tenuissimos voluntatis actus: alii sufficere arbitrantur, si potentia externæ semel sine applicata, & operari ceperint: Nonnulli non improbabiliter autumant, voluntate ex defectu cognitionis ligatae actiones externas dependenterab appetitu sensitivo peragi, absque augmento quidem meriti; sed quod fideles in oratione distracta communiter non

CONTROVERS. LXIII.

DE MINISTROS SACRAMEN.
ti: & Intentione hujus.

Vidimus priore Contr. §. 5. Conclum Florentinum in instructione Armenorum ad Sacraenta perficienda requiri tria; videlicet Materiam, Formam, & Personam Ministri cum intentione faciendi, quod facit Ecclesia. Cum igitur duo priora expediverimus, ad tertium progredimur, scilicet personam, & hujus maxime legitimam intentionem, sine qua Sacramentum conficiebitur.

PARS PRIOR

DOCTRINAE CATHOLI
CORUM.

I. **D**octrina prima. Ex vi prædantis Institutionis solus quidem homo est ordinarius Sacrae-torum Minister : non tamen omnes etiam adulti possunt esse quorumlibet Sacramentorum Ministrorum. Prior pars desumitur ex institutione Christi, qui solis Hominibus ; & quidem Viatoribus hanc potestatem concessit , quantum ex Scriptura & Tridentino constat. Posterior definitur a Tridentino Sess. 7. can. 10. conformiter Sac. Scripturæ, ex qua habetur , in Ecclesia esse officiorum distinctiones, sicut in omni bene ordinata Republica, non omnes sunt Duxes, sed alii præsunt, alii subsunt

P A R S P O S T E R I O R.

E R R O R E S H A E R E T I C O R U M .

V. Error primus est Donatistarum, Sacramenta ministri invalida à Manifestis peccato i- bus; quod de occultis etiam affirverunt Hussitæ & Wiclephistæ apud Waldensem Tom. 2. de Sacram. c. 2. & seq. Agrippinus Episcopus Africanus voluit iterari oportere sacramenta ab hereticis adminis- trata tanquam invalida defectu Fidei. Idem post censuit D. Cyprianus & defenderunt mordacissi- mè Donatistæ Fundamentum omnium fidei unicum est istud, quod impius sacerdos & hereticus Minister dare non possit id, quod non babet. Sed ille virtutem & gratiam iste etiam fidem non habet. Ergo &c. Errores hos pluribus refellunt D. Augustinus alijque Doctores, sed omnia eorum argumenta ad hanc fundamentalem rationem, quâ utitur S. Thomas q. 64. art. 5. & 9. re- vocari possunt. Condito accidentalis Ministri, quatenus in administratione Sacramentorum est instrumentum Dei, non consetur eidem necessaria ad hoc, ut id Ministerium sit efficax. Sed talis conditio est Fides, probitas &c. Ergo ea non est necessaria. Major patet, Minorem S. Augustinus inde probat Tract. 5. in Ioan. quod Minister non suo, sed Christi nomine arque hujus authoritate agat, ad quod improbitas & infidelitas Minis- tri velut instrumenti per accidens se habet. Unde pulchre idem S. Pater ait; *Frater, quid tibi facit ma- lus Minister, ubi bonus est Dominus.* Ad fundamentum oppositum dicimus cum ijsdem Authoribus, Sa- cerdotem non quidem habere gratiam formaliter, posse tamen dici; illam habere instrumentaliter & ministerialiter, quia revera Minister est causa aliquo modo gratiae, non quidem principaliter (sive sit justus, sive non) sed Ministerialis per actionem quam exercet.

V. Error secundus. Intentio Ministri non requiri- tur ad essentiam & integratem Sacramenti. Ita ex communi sensu modernorum Hæreticorum Gerhardus Lib. 2. fol. 799. & seq. Amelius Tom. 3. fol. 17. ubi ait; præter externam expressionem intentionis administrandi Sacramentum requiri quidem etiam aliquam internam intentionem, sed materialem duntaxat de rebus & verbis institutis adhibendis: non vero internam illam formalem conficiendi Sacramenti, quam Bellarminus alij- que Papistæ exigunt. Probat. Authoritate Do-ctorum Romano Catholicorum. Ambrosius Ca- tharinus Archiepiscopus Compsanus usus ex Par- tribus Concilij Tridentini peculiare scriptum e- didit; in quo distinguit duplē intentionem, unam faciendi simpliciter actum exterum, quem facit Ecclesia: alterum faciendi actum externum non simpliciter, sed Sacramentalem sive animo celebrandi mysterium, quod Christus instituit & Ecclesia celebrat. Priorem intentionem affirmat requiri: Posteriorem negat requiri; idque multis testimonij & argumentis confirmat. In eundem sensum docent Thomas Aquinas 3. Part. quest. 64. art. 9. ad 2. & alij. 2. Improbitas Ministeri aut etiam hæresis non labet facta Sacramenti essentiam. Ergo nec ejusdem non-intentio, velut species g- heris. 3. Exodi 4. v. 25. Sephora uxor Moysis ira-

ta absque intentione circumcidit filium, & tamen fecit Sacramentum. 4. Minister volens ritum alienum vel hæresim introducere, rite conficit Sacra- mentum, ut non pauci tenent Doctores Romani, si solùm materiam & formam legitimam adhibeat. Ergo etiam absque intentione, cum hoc multò mi- nus sit. 5. alias salus hominis penderet ab arbitrio Ministri. 6. Nicolaus Papa ad consultā Bul- garorum nihil de intentione curans responderet, si baptizatus est à Judæo sub debita forma & matéria, Sacramentum esse validum, ut habetur tom. 3. Concil. & c. à quodam Judæo de consecrat. dist. 2. 7. Athanasius adhuc puer per ludum & jocum baptizans alios pueros rite hos baptizavit, ut censuit Alexander Episcopus Alexandriæ. 8. Gene- sius Mimus baptismō ludicrē collato fuit justificatu- s, & Martyr postea factus 9. Ad valorem contra- dictuum sufficit, exterius requisitas actiones pra- stare etiam absque animo fieri, sed factō solum. Ergo idem de Sacramentorum administratione di- cendū est, quia hæc Sacramenta homini comittuntur humano modo administranda. 10. denique in Agente instrumentario sufficit sola intentione causæ Principalis.

VI. Error hunc ex concilijs Florentino & Tri- dent. rejeicunt omnes Catholicæ Doctores (si solum Catharinum excipiamus, de quo mox) & meritò illa Concilia pro allata Doctrina nostra intelligunt. 1. Concilium Tridentinum damnat hæreticos non admittentes intentionem faciendi, quod facit Ecclesia. At isti non negant, necessarium esse intentionem faciendi actum externum & materiale, ut patet ex allatis verbis Amelij. 2. inutile est determinare, necessariam esse ad valorem Sa- cramenti intentionem faciendi, quod facit Ecclesia, si per hoc nihil aliud intelligeretur, quâm intentio faci- endi actum externum; cum heri nequeat; ut Mi- nister prævia deliberatione Materiam & formam Sacramentorum adhibeat, quin habeat intentionem eas adhibendi. 3. Idem Tridentinum sell. 14. de pœnit. cap. 6. absolutionem non valere statuit, si defit sacerdoti animus serio agendi & vere absoluendi id est, nisi sacerdos proferendo verba absolutionis super debitam materiam intendat verum admi- nistrare Sacramentum pœnitenti. Ergo ex illius mente etiam non sufficit, velle applicare exer- ciens Materiam & formam Sacramenti, ut habeatur illa intentio Ecclesiae, quæ ad valorem Sacra- menti est necessaria. Non dici potest, Ecclesiæ duo facere, actiones exteriores sine joco externo, ac deinde Sacramentum cum effectu illius, ac suffi- cere, si alterum ex his facere velit Minister. Nam Concilia indistincte loquuntur; requirendo intentionem faciendi, quidquid facit Ecclesia, & non facit est; aliquid tantum illius facere. Cur autem in- tentio Materialis ad essentiam Sacramenti non sufficiat, ratio à priori est. Illa intentio requiritur, quæ apta est denominare Ministrum Christi, hoc est operantem nomine Christi & ex commissione hujus. Atqui talis non est intentio præcisæ faci- endi actiones exteriores; siquidem hanc aliquis pro- prio nomine & absque elevatione istarum ad rationem Sacramenti exercere potest vel instruendo alterum, vel mere representando. Ergo hæc in- tentio non sufficit, sed debent actiones illæ exte- rioræ esse exercitæ in Nominis Christi, & ex com- missione hujus, quod absque intentione interna ponendi Sacramentum fieri non potest.

VII. Respondetur ad t. ab authoritate, opinionem Ambrosij Catharini non differre ab opinione am. sij & aliorum haereticorum, nisi quod Catha nus absque ulla contumacia subiicit se Apo-l cæ Sedi & Concilio: haeretic autem in errore suo pertinaces utrumque rideant D. Thomas non vult prolationem externam verborum sufficiere ad Sacramentum in se, sed quoad nos, seu ad pacandas conscientias sufficiuntur; quia quamdiu non constat, Ministru[m] cum prava intentione administrare, pie credendum est, eum sincere agere, & Ecclesia, quæ de occultis non judicat, tale Sacramentum ratum habet. Plus non velle S. Doctorem, colligitur ex art. io. seq. ubi ait, tolli veritatem Sacramenti, quando Ministri intentio pverteritur respectu ipsius Sacramenti; puta, inquit, cum aliquis non intendit sacramentum conferre, sed derisorie aliquid agere. Cæteri quoque Doctores Catholicæ procul absunt ab hac opinione, & aliani diversam tradunt, nimirum istam; si forte in Ministro deficit intentio faciendi Sacramentum, & hoc exterius constare non possit, DEUS ex infinita sua Bonitate suppleturum esse illum defectum intentionis, conferendo illi homini non quidem characterem (ob nullitatem Sacramenti) sed gratiam sanctificantem. Videri potest Diana 3. Part. Tr. 4. Ref. 17. qui sententiam hanc non quidem approbat, nullâ tamen censurâ etiam nota. Card. Lugo Tom. de Sacram. in genere D. i. n. 14. adducit Joán. Matiū Str̄iboniu[m] natione Gallum, qui in Summa Theolog. Disp. 1. de Sacram. q. 6. & 7. sepultam Catharini opinionem resuscitare voluit. Sed hujus vel alterius particularis error veritati communis doctrinae Catholicæ nihil præjudicat.

VIII. Ad 2. Omissionem intentionis posse fieri absque culpa, id est non contineri per se sub genere improbitatis, tanquam speciem ejusdem. Et si triam culpabilitatem continget, non habet se ista non-intentio impertinenter ad Sacramentum, sicuti improbitas vitæ, cum absque intentione interna faciendi Sacramenti Minister non agat nomine Christi, & ex commissione hujus, nec quicquam efficiat. Dependet ergo positio Sacramenti ab illa intentione Ministri, minime vero à probis vel malis ipsis moribus. Ad 3. Sephoram ex subito quidem motu & terrore circumcidisse filium suum, non tamen omisso intentionem faciendo id, quod solent facere Israëlitæ juxta DEI mandatum. Taceo ex Sacramentis Veteris Testamenti non licere argumentari ad Sacramenta Novi Testamenti, alias sicut illa, ita etiam ista non requirerent certa verba, velut formam. Ad 4. Negando Consequentiam. Nam is, qui intendit introducere novum ritum aut haeresim, vel mutat formam solum accidentaliter, vel substantialiter; si hoc, non conficit Sacramentum ex comuni Theologoriu[m]: secus si illud; quia non repugnat, eum, qui animo inducendi novum ritum aut haeresin in Ecclesiam, mutare solum accidentaliter formam, ac simul habere legitimam intentionem faciendo, quod Christus instituit, sicuti de facto Graciuntur formâ illâ: baptizetur servus Christi. Ad 5. retorquentio: Nunquid etiam Minister potest ponere vel non ponere legitimam materiam aut formam? Etsi ergo applicatio medijs salutifera sit penes Ministru[m]: salu[t]amen hominis non à Ministro, sed à DEO est, qui medium illud instituit, & defectum ministri in applicatione supplere varijs modis potest.

IX. Ad 6. Pontificem non egisse de intentione, sed hanc supponendo respondisse, Bap-tismum à Judæo collatum valere, si materia & forma rite sint applicata, hoc est, cum debita intentione faciendi, quod Christiani in sua Ecclesia facere solent. Ad 7. Athanasium adhuc puerum in lusu puerili verè baptizasse; quia intendit facere, quod viderat in templo fieri ab Episcopo. Unde dicitur inter pueros baptizasse filios Cata-chumenos. Ad 8. exemplu[m] Genesij non patrocinarī Adversarijs. Tum quia intentio iudicata fuit exteriū manifestata, quo casu etiam fatentur non fieri Sacramentum. Tum quia ipsi quoque Adversarij requirunt in adulto serium in Sacramentum consensum, qui tamen in proprio non adhuc videtur. Quapropter vel DEUS extraordinarie utrumque illuminavit & instigavit ad volendum verum baptismum: vel Genesius fuit justificatus per actum contritionis, & in modum veri baptisimi omnisi ei pena remissa. Et quidem in Genesio facilè ostenditur sufficiens desiderium baptismi; quippe repente ipsi Cœlum ostendit bene longin scelerum, quæ patraverat, catalogum, atque his, modò velit, spongiam Baptismum promittit. Unde ille ardentissime Baptismum ac Christum inclinavit, nec postea inter gravissima tormenta sanguinem ac vitam dare pro hoc dubitavit. Ex qua inopinata mutatione Genesij facile etiam fieri potuit, ut fictus ille Minister communis intendere ceperit, quidquid per tales actiones solerent Christiani. Ad 9. negando Anteced. saltē quo ad contractus, seu quasi contractus liberalis donationis, qualis fit per Sacramentum; omnē enim requirunt intentionem verbis conformem, hoc est, animum transferendi dominium. Deinde dato Antecedente, tiegatur consequentia & paritas. Nam ut bene Esparza tom. 2. de Sacrament. in genere. Quaest. 13. art. 3. ad 1. hoc video est in humanis, quia homo non potest intueri & animum alterius: DEUS autem novicor & animum Ministri iuxta illud Reg. 15. v. 17. Domini-nus autem intueri cor. Ergo si in Ministro non adhuc animus operandi nomine DEI, DEUS quoque non vult praestare illum effectum, quem praestat, quando Minister nomine DEI agere intendit. Ait Amesius, verbum DEI nunquam requirit talēm internam Ministri intentionem ad suum effectum producendum, cum utique sit liberale Dei donum. Ergo nec Sacramentum. Negatur consequentia. Disparitas est. Tum quia ad excordan-dam fidem nulla requiritur efficientia, sed nuda significatio, quæ etiam à pistraco praestari potest. Tum quia verba concessionaria sunt speculativa: Sacra menta vero sunt practica. Ad 10. hoc verum esse de mero instrumento, cui commissa est nuda alicuius operis executio. At ministri non sunt mera instrumenta inianimata, sed animata, ut distinguit S. Thomas q. 64. cit. art. 8. ad 1. dispensatores scilicet mysteriorum DEI & judicantes, qui cum aliqua autoritate Sacra menta ad-ministrant. Quare Christus non vult Sacra-mentum validè conferri nisi dependentem ab eorum intentione & voluntate.

**

CON-